Demianowicz cedit Pawlowicz

Veniens personaliter ad officium et Acta praesentia Nobilis Nikita Demi
178 anowicz Ostrzezki, obmisso suo priorique competenti foro et iurisdictione
seque cum successoribus et bonis suis omnibus huic Castro Premisliensi Iu
risditioni in toto quo ad actum praesentem pertinet incorporando Sanguine
te corpore sanus non compulsus nec coactus sed publice libere
per expressum recognovit, Quia de omni et integro Iure suo quod
cunque ipsum iure divino et Naturali post parentes suos in bonis villae
Lopuszenka, Advocatiaeque ibique existentem sacrae maiestatis Regiae ad Capi
taneatum praesentem spectantem, concernit, nil ibique iuris dominii ac pro
prietatis, ac quaecunque consuetudine utilitatum perpetue reservando
pro seque successoribus excipiendo sed ita prout sibi hocque ius
competebat, iam eximio Nobili Tyszko Pawlowicz Ustrzycki
et fratri suo et successoribus eius cedit et condescendit, omnique Iure
suo super ipsum et posteros eius perpetue transfundit et
incorporat, Ac se de bonis Advocatiae praefatae in bonis villae Lo
puszanka existentem cum successoribus suis abdicat, Super qua perso
nali recognitione mediante quod Minime firmatum est.

Iatenmir protestatur contra Winiczki

Nobilis Wasko Iatenmir personaliter coram officio et Actis praesentibus Cas
tri huius officio in et contra Nobilem Basko Winiczki Malcarowicz
protestabatur, quod ipse contraveniendo inscriptioni suae Summam quinquaginta
sex florenorum pecuniae sibi ad Petrum Skotrzena solvi inscriptam coram Actis
sed in eadem inscriptione idipsum enarrando non persolvit sibique persol
vit, sed quod Summam eandem ipse Winiczki non persolvit, itaque ta
darum ipsum de sua diligentia et protestatione, desiderat et in manuale
solvit

Krzeczkowski quietat Therlierzki

Veniens personaliter ad officium et Acta praesentia Nobilis Petrus Krzecz
kowski, obmisso foro suo proprio, seque cum successoribus et bonis omnibus
praesenti iurisdictioni subiciendo Sanus existens mente et corpore publice
recognovit, Quia sibi Nobilis Tyszko Therlierzki Korczaso
wicz Summam Centum florenorum pecuniae monetae polonicae sibi Actis Castren

praedicto Krzeczkowski in bonis quibusvis inscriptam solutionem omni
moda persolvit, De qua Summa ipse Krzeczkowski perpetue quietat
et liberum perpetue facit, Simul et inscriptionem eandem Summae ea
de serviendo cassat et eandem mortificat. Ita ut illa ut vult
quiminus ab ipsa recedit 139

Subditus de Stupnicza vindicat vulnera

Veniens personaliter ad officium et Acta praesentia Laboriosus Wassil Stra
biecz de villa Stupnicza subditus Nobilis Iwasko Stupnicki ostendit et
manifestavit officio praesenti Castri Premisliensis vulnera corpori suo in
ficta, vulnus videlicet sectum cruentum in fronte Capitis supra oculum sini
strum, Item percussionem cutis ad effusionem sanguinis in parte sini
stra Capitis, item in mala faciei parte sinistra percussionem
cutis ad effusionem sanguinis, item livorem vulnus infra oculum
sinistrum, Item percussionem cutis parvam in manu dextra inferius
cubiti, Asserendo ea vulnera superius specificata sibi esse
per nobilem Illarion Stupnicki Hrehorowicz inflicta. Officium
vero praesens inserendo Statutis Regni de vulneribus faciendis, hanc
vulnera super qua decisio eorum adiudicavit et illa suscepit

Stupniczki obligat alio Stupniczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castri Premisliensis
Nobilis Lew Stupnicki Pawlowicz, Reiciendo a iure et foro suo
proprio quibusvis, seque cum successoribus et bonis suis omnibus huic Castri
Premisliensis Iuri subiiciendo quo ad hunc Actum incorporando, Sanus mente et cor
pore existens publice per expressum recognovit, Quia bona
sua paterna videlicet sortem Molendini in fundo villae et hereditatis suae Wo
la Stupnicka consistentem, cum omni iure Dominio et proprietate
omnibusque fructibus, proventibus, emolumentis, atque omnibus suis utili
tatibus nullis exceptis et exclusis, se ab hac sorte Molendini
pertinenti et inde, ita prout ipse met eisdem bonis utifruebatur
iam eximio Nobili Fedor Stupnicki Gasztowicz et successoribus
eius in Summa quindecim florenorum pecuniae monetae polonicae hinc ad festum
Nativitatis Domini proxime obligavit et inscripsit. Ac a dicto
de proximo et semper ad aliud simile festum Nativitatis Domini